



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

6. Lotharij Regis Diploma Dat. Metis, Anno Domini DCCCLXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

dulò seruientibus ad necessitates eorum leuigandas concederet, vt nullus in potestate suā esset, nec post eum futurus, qui in Curtis vel villis eorum placitum tenere, vel quidquam potestatis præsumeret exercere, sine Abbatis & Monachorum permissione. Et addens, vt vbi cunque naues eorum vel homines peruenissent, nullus telonium ab eis exigere auderet. Et deprecatus est prædictus Abbas, vt iuxta morem paternum per nostram authoritatem idem concederemus, cuius rogationi assensum præbere omnimodè placuit. Igitur istud præceptum ad utilitatem Monachorum fieri iussimus, per quod imperamus, ne quislibet de iudiciaria potestate in Curtes, vel in villas ipsius Monasterij ad causas audiendum, nec fideiussores tollendum, neque ad manendum aut homines ipsius Ecclesiæ distringendum ingredi præsumat, sed sicut ipse locus sub Antecessorum Regum haetenus fuit conseruatus: Ita deinceps per nostram authoritatem permaneat in conuulsus, & vt istud decretum firmius per tempora conseruetur, manus nostræ subscriptione & annuli nostri impreßione signari iussimus.

Signum Ludouici Serenissimi Imperatoris.
Donandus Diaconus recognouit. Datum IV.
Nonas Aprilis, Anno Regni nostri IX. In
Longolano feliciter. Amen.



6.

Lotharij Regis Diploma Datum Metis, Anno Domini DCCCLXVIII.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Cūm Regalis officij sit diuersorum partium negotia pia sollicitudine præuidere, maximè tamen in his quæ ad Deum pertinent. hoc est in Ecclesijs stabiliendis seu confirmandis: ab antecessoribus nostris in honorem Dei constructis. Summum necesse est studium impendere. Vnde Nos de statu Regni nostri tractantes, Consulente Venerabili Episcopo Metensis Ecclesiæ Aduentio, Abbatiam S. Maximini, qui in suburbio Treuirorum requiescit, cui Venerabilis Abbas Waldo præesse videtur, more piæ memoria Domini Lotharij Imperatoris Genitoris scilicet nostri, cæterorumque Antecessorum nostrorum, nostris etiam Priviligijs corroborare decreuimus, & nulli alij subiectam vel obnoxiam, excepto Nostre Regalitati, sicut sub Antecessoribus nostris esse voluimus: Nulli etiam Comitatui bannum ac fredas exoluat: vel aliquis, in locis eiusdem Sancti Maximini

sine

sine nostro iussu placitum habere pr̄sumat, & vt hoc Authoritatis nostræ præceptum firmum ac stabile permaneat, hanc cartam scribi & annuli nostri impressione signari iussimus. Ego Grimlandus ad vicem Aduentij Archicappellani recognoui, Data Metis Ciuitate XVII. Kl. Maij Anno Dominicij Incarnationis DCCCLXVIII. Indictione prima, Anno Serenissimi Regis Lotharii XV. in Dei nomine feliciter. Amen.

XII

advencij

mai

XII



^{7.}
Ottonis Magni Imperatoris Datum Moguntiae,
Anno DCCCCXL.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuinâ fauente clementiâ Rex. Nouerint omnes nostri fideles tam præsentes, quam etiam & futuri: Qualiter Ogo Venerabilis Abbas & reliqui Fratres ex Cœnobio Sancti Maximini, digna & venerabili religione insigniti nostram adierint clementiam, Germani nostri videlicet Henrici fulti interuentionis præsidio, nec non & Conradi nostri Comitis, quatenus nostræ Clementiæ decretum iuxta prædecessorum Regum morem in prædicto Cœnobio consentiremus illis quietem, secundum quod illorum religio & vita prætendebat, que diu ab Anterioribus post habita, sed authore Deo, tempore nostri Genitoris, scilicet Henrici Serenissimi Regis releuata. Ipsius amore & memoriâ succensi, quo fine tenus serueretur iuxta deliberationis voluntatem fideliumque nostrorum consilium & petitionem dedimus assensum. Hoc est, vt ipsi Fratres prædicto degentes loco, tanta religione dedito, à nullâ vñquam vim dominationis patientur personâ, sed neque ullius premantur ordinationis potestate, vel famulatus, absque voluntate electi Abbatis, qui à reliqua promouicatur eiusdem Cœnobii congregatiōne secundum S. Benedicti regulam, quando Dominus, vt voluerit prædecessorum discreuerit tempora, vtque in nostro & successorum nostrorum Regum maneant Mundiburdio, quatenus illorum quietudo, nostro defendatur Imperiali sceptro, Res quoque prædiorum loci dispositi, que vbinam nostro versantur in regno simili potiantur libertatis potestate, Hoc est in territorio Treuirensi, & loco dicto Embilado & Tabena, & quidquid ibi aspicit, & quidquid in pago Bleiensi visus est S. Maximinus habere, & in pago Halmenſi, & quidquid infra Ciuitatem Metis & suburbio illius Bessich, Euerlinga, Merschs, Gozeldinga,

Heh-